Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift



89

multa pserpe. Neq; enim numquisiste in apocalypsi ad tempora pertinet. sed ad homines. Sexta regula ut bonum recapitulationem uocat. in obscuritate scripturarum satis uigilantium inuenta. Sic enim dominus quedam quasi sequantur in ordine temporis. et rerum continuatione narrent. eum ad tempora que premissa fuerit latent narratio reuocet. quod non ex hac regula intelligatur erratur. Sicut in genesi plantauit inquit dominus deus paradysum in eden ad orientem et posuit ibi hominem quem formauit. et per dum deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escam. ita uidet dictum tamquam id factum sit postea. quam factum posuit hominem in paradysum. cum breuiter utique commemorato. i. quod plantauit deus paradysum. et posuit ibi hominem quem formauit. recapitulando redeat et dicat quod premiserat. quem scilicet paradysus fuerit plantat. quia per dum deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in esca. Denique secuti adiunxit. et lignum uite in medio paradysi. et lignum scientie boni et mali. deinde flumen quo paradysus irrigaretur diuisum in iiii. principia fluuiorum quatuor explicat. quod totum pertinet ad institutionem paradysi. Quod cum tamen autem repetiuit illud quod iam dixerat. et reuera hoc sequebatur atque ait. et sumpsit deus hominem quem finxit. et posuit eum in paradyso. et cetera. Post ista enim facta ibi positus est homo. sicut nec ordo ipse demonstrat. non per hominem ibi positum facta sunt ista. sicut prius dictum putari potest. in recapitulatione illic uigilantium intelligatur. quem reditur ad ea que fuerant premissa. Item quem in eodem libro cum commemorarent generationes filiorum noe dictum est. Hii filii cham in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis et in gentibus suis. enumeratis quem filius sem dicit: Hii filii sem in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis et in gentibus suis. et adnectit de omnibus. Hec tribus filiorum noe secundum generationes eorum. secundum gentes eorum. ab his dispersae sunt insulae gentium post